Sermon.

Dubium. Colligitur ex Decretis Sacr. Rituum Congregationis non posse fieri concionem capite tecto ante SS. sacramentum palam expositum, non obstante quacumque consuetudine; hinc quæritur: An id saltem liceat quando SS. sacram. est quidem expositum, sed velo serico obductum? — R. *Negative* (S. R. C die 23 sept. 1837.)

Credo in missa solemni dici debet post concionem, non ante, juxta rubricas missales, et consuetudinem Ecclesiæ Romanæ. (S. R. C. die 16 mart. 1591, apud Gardellini, tom. VI, supp., pag. 15.)

Veni Creator.

An in primo anni die Hymnus *Veni Creator....* qui cantatur in Ecclesia ad invocandum S. divinum Spiritum, debeat habere pro conclusione *Jesu tibi sit gloria*, ratione octavæ Nativitatis Domini, vel ista: *Deo Patri sit gloria ejusque soli Filio....*?

Et S. R. C. respondit: Concludendus cum stropha *Deo Patri .... ejusque soli.... (Die* 7 *aprilis* 1832 *in Ariminen ad* 2 (4532).

Ultima Stropha Hymni *Veni Creator Spiritus*, est ne varianda quando dicitur extra tempus paschale et Pentecosten?

Resp: Juxta alias Decreta, varianda pro temporum diversitate. (*Die* 3 *Augusti* 1839 *in Piscien, ad* 11. (4713).

Illud postremum confirmatum fuit die 7 sep, 1850 in Veronen. ad 18.

Vêpres.

Conformément au Cérémonial des Evêques (Lib. II, cap. II, n. 10 et 11), l'Officiant doit terminer les Vêpres à son siége et non au bas de l'autel, comme il est dit dans le Cérémonial, à l'article des Vêpres dans les petites églises, pag. 278.